



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Flavii Vopisci Syracvsii Florianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

gemmis uti nō est passus. Auro clauatis uestibus idē interdixit. Nam & ipse autor Aureliano fuisse perhibet, ut aurū à uestibus & cameris, & pellibus submoueret. Multa huius ferunt, sed longū est ea in literas mittere. Qd' si quis omnia de hoc uiro cupit scire, legat Suetoniū Optatianū, qui eius uitā affatim scripsit. Legit sanē senex minutulas literas ad stuporē: nec unq̄ noctem intermisit, quā non aliquid uel scriberet, uel legeret, præter posterū Calendarū diem. Nec tacendum est, & frequēter imitandum tantā senatus latitiā fuisse, q̄ eligēdi principis cura ad ordinē amplissimū reuertisset. Ut & supplicationes decernerent, & hecatombe promitteretur singulis. Deniq̄ senatores ad suos scriberēt: nec ad suos tantū, sed etiam ad externos. Mitterent præterea literā ad prouincias, ut scirent omnes socij, omēs q̄ nationes in antiquū statū rediisse remp. Ac senatū principes legere, immo ipsum senatū principē factum: leges à senatu petendas, reges barbaros senatui supplicaturos: pacē, ac bella senatu autore tractanda. ne quid deniq̄ deesset cognitioni, plerasq̄ huiusmodi epistolas in fine libri posui: & cū cupiditate & sine fastidio, ut existimo, perlegendas. Et prima quidē illi cura Imperatoris facti hæc fuit: ut omēs, qui Aurelianū occiderant, interimeret, bonos, malosue, cū iam ille uindicatus esset. Et quoniā à Mæotide multi barbari eruperant, hos eosdē cōsilio, atq̄ uiribus, ut eò redirēt, cōpulis. Ipsa autē Mæotide ita cōgregabant quasi accitu Aureliani ad bellū Persicū cōuenissent auxiliū daturi nostris, si necessitas postularet. cū Tullius dicat magnificētius esse dicere, quē admodū ceperit cōsulatū Marcus: at in isto uiro magnificū fuit, q̄ tāta gloria cepit imperiū. Gessit autē ppter breuitatē tēporū nihil magnū. Interemptus est enī insidijs militaribus, ut alij dicunt, sexto mense, ut alij, morbo interiit. Tamē constat factionib⁹ eum oppressum mēte, atq̄ animo defecisse. Hic idē mensem Septembri Tacitū appellari iussit: idcirco, q̄ eo mense & natus, & factus est Imperator. Huic frater Florianus imperio successit, de quo pauca ponenda sunt.

Suetonius
Optatianus

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

FLORIANVS



Hic frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arripuit imperium: nō senatus autoritate, sed suo motu, quasi hæreditariū esset imperiū: cum sciret adiuratū esse in senatu Tacitū, ut cū mori cœpisset, nō liberos suos, sed optimū aliquē principē faceret. Deniq̄ uix duobus mētib⁹ imperiū tenuit, & occisus est Tarsi à militibus, qui Probū audierant imperare: quē omnis exercitus legerat. Tantis autē Probus fuit in re militari, ut illum senatus optaret, miles eligeret: ipse populus Romanus acclamationib⁹ peteret. Fuit etiā Florian⁹ morū fratris imitator, nec tamē usq̄ quaq̄. Nam effusionē in eo frater frugī reprehēdebat: & hæc ipsa imperandi cupiditas alijs eum morib⁹ ostendit fuisse q̄ fratrē. Duo igitur principes una extiterūt domo: quorū alter sex mēsibus, alter uix duob⁹ imperauerunt: quasi quidam interreges inter Aurelianū & Probū post interregnum

N 2 principes

principes nuncupati. horū statuae fuerūt interamnā duae pedū tricenū ex mare, q̄ illic eorū cenotaphia cōstituta sunt in solo proprio: sed deiectae fulmine ita cōtritae sunt, ut mēbratim iaceant dissipatae: q̄ tēpore respōsum est ab aruspibus quādoq; ex eorū familia Imperatorē Romanū futurū seu p̄ foeminā, seu per uirū, qui det iudices Parthis, ac Persis, qui Francos, & Alemannos sub Romanis legib⁹ habeat: qui per omnē Africam barbarū nō relinquat, qui Taprobanis praesidē imponat: qui ad Romanā Insulā procōsulē mittat: qui Sarmatis omnib⁹ iudicet: qui terrā omnē, quā Oceanus ambit, captis omnib⁹ gētib⁹, suā faciat: postea tamē senatui reddat imperiū, & antiquis legib⁹ uiuat ipse uicturus annis C. XX. & sine hārede moriturus. Futurū autē eum dixerūt à die fulminis praecipitatis status, & contractis post annos mille. Non magna hāc urbanitas aruspiciū fuit, qui principem talem post mille annos futurū esse dixerūt: quia si post centū annos praedicerēt, forte possent eorū deprehendi mēdacia: cū uix remanere talis possit historia. Ego tamē idcirco hāc inferēda uolumini credidi, ne quis me legens legisse nō crederet. Tacitus cōgiariū Po. Ro. intra sex mēses uix dedit. Imago eius posita est in Quintiliorū in una tabula quintuplex, in qua semel togatus, semel chlamydatus, semel armatus, semel palliat⁹, semel uenatorio habitu. De qua quidē epigramatarius ita allusit, ut diceret: Nō agnosco senem armatum, nō chlamydatū inter cetera, sed agnosco togatum. Floriani & Taciti multi extiterūt: quorū sunt posterī credo millesimū annū expectantes. In quos multa epigrammata scripta, quo iocati sunt aruspices imperiū pollicentes. Hāc sunt, quae de uita Taciti, atq; Floriani digna memoratu cōperisse memini. Nunc nobis aggrediēdus est Probus uir domi, forisq; cōspiciuus: uir Aureliano, Traiano, Adriano, Antoninis, Alexandro, Claudioq; praefereudus: nisi quia in illis uaria, in hoc omnia praecipua tunc fuere: qui post Tacitū omnium iudicio bonorū imperator est factus: orbēq; terrarū pacatissimū gubernauit, deletis barbaris gentibus, deletis etiā plurimis tyrannorū, qui ei⁹ tēporib⁹ extiterūt: de q̄ dictū est, ut Probus diceret, etiā si Prob⁹ nomine nō fuisset. Quē quidē multi ferunt Sibyllinis libris fore promissum: qui si diutius fuisset, orbis terrae Barbaros nō haberet. Hāc ego in aliorū uita de Probo idcirco indidi, ne dies, hora, momentū aliquid sibi uindicaret, ne fatali necessitate absumptus Probus indytus deperiret. Nunc quo claudam uolumē, satissactū arbitrans studio, & cupiditati meae, omina imperij Tacito hāc fuerūt. Fanaticus quidā in tēplo Syluani tensis membrīs exclamauit: tacita purpura, tacita purpura: idēq; septimo. Qd' quidē postea omni deputatū est. Vinū, q̄ libaturus Tacitus fuerat in tēplo Herculis Fundani subito purpureū factū est. Vitis, quae uuas aminaeas albas ferebat, eo anno, quo ille imperium meruit, purpurascere plurima purpura coepit. Mortis omina hāc fuerūt. Patris sepulchrū disruptis ianuis se aperuit: matris umbra se p̄ diem & Tacito & Floriano uelut uiuētis obtulit: nā diuersis patrib⁹ nati ferebant: in larario dij omnes seu terrāmotu, seu casu aliq̄ cōciderūt. Imago Apollinis, quae à dijs colebatur, ex summo fastigio in lectulo posita sine hominis cuiuspiā manu deprehensa est. Sed hāc sunt, quae à plerisq; dicunt. Nos ad Probū & ad Probi gesta insignia reuertemur. Et quoniā me p̄missi aliquas epistolas esse positurū, quae creato

quæ creato Tacito principe gaudia senatus ostenderent, his additis finem scri-
 bendi faciam. Epistolæ publicæ. Senatus amplissimus curiæ Carthaginensi
 s. D. Quod bonū, faustum, felix, salutarēq; sit Reip. orbicq; Ro. dandi ius im-
 perij, appellandi principis, nuncupandi Augusti ad nos reuertit. Ad nos igitur
 referte, quæ magna sunt. Omnis prouocatio præfecti urbis erit: quæ tamē à pro-
 cōsulib⁹, & ab ordinarijs iudicib⁹ emerferit: in quo quidē etiā uestrā in antiquū
 statū redisse credim⁹ dignitatē: siquidē primus hic ordo est, qui recipiendo uim
 suam, ius suū cæteris seruat. Alia epistola. Senatus amplissim⁹ curiæ Treuiro-
 rum. Ut estis liberi, & semper fuistis, lætari uos credim⁹: creandi principis iudi-
 cium ad senatū redijt: simul etiā præfecturæ urbanæ appellatio uniuersa decre-
 ta est. Eodē modo scriptū est Antiochiensib⁹, Aquileiensib⁹, Mediolanēsis, Alexandrinis, Thessalonicensibus, Corinthijs, & Atheniensib⁹. Priuatæ autē epi-
 stolæ hæc fuerūt. Autronio Iusto patri Autronius Tiberian⁹ salutē. Nunc
 te pater sancte interesse decuit senatū amplissimo, nunc sententiā dicere: cū tan-
 tum autoritatis amplissimo ordini creuerit, ut reuertat in antiquū statū resp. &
 nos principes demus, nos faciamus imperatores, nos deniq; nuncupemus Au-
 gustos. Fac igitur ut cōualescas curiæ interfuturus antiquæ. Nos recepimus ius
 proconsulare, redierunt ad præfectum urbis appellationes omniū potestati, &
 omniū dignitatū. Item alia. Claudius Capilian⁹ Cereio Metiano patruo s.
 Obtinuim⁹ pater sancte, quod semper optauim⁹, in antiquū statū senatus re-
 uertit. Nos principes facimus, nostri ordinis sunt potestates. Gratias exercitū
 Romano & uere Romano: reddidit nobis, quam semper habuimus potesta-
 tem. Abige Baianos, Puteolanosq; secessus. Da te urbi, da te curiæ. Floret Ro-
 ma, floret tota Resp. Imperatores damus, principes facimus: possum⁹ & prohi-
 bere, qui cœpimus facere. Dictū sapiētī sat est. Longū est omēs epistolas cōne-
 ctere, quas reperi, quas legi. Tantū illud dico senatores omēs ea esse lætitiā ela-
 tos, ut domib⁹ suis omēs albas hostias cæderēt, imagines frequēter aperirēt, al-
 bati federēt, cōiuiua sumptuosiora præuenirēt, antiquitatē sibi redditā crederēt.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

PROBUS



ERTVM est, qd' Sallustius Crispus, quodq; M. Ca-
 to, & Gellius historicæ sententiæ modo in literas retu-
 lerunt: omnes omniū uirtutes tantas esse, quantas
 uideri eas uoluerint eorū ingenia, qui uniuscuiusq;
 facta descripserint. Inde esse, qd' Alexāder Magnus
 Macedo, cū ad Achillis sepulchrū uenisset, grauitè
 ingemiscēs, Felicē te inquit iuuenis, qui talē præconē
 tuarū uirtutū reperisti. Homerū intelligi uolens, qui
 Achillem tantū in uirtutū studio finxit, quantū ipse
 ualebat ingenio. Quorsum hæc pertineant mi Celse, ne fortassis requiras: Pro-
 bum principē, cuius imperio oriens, occidēs, meridies, septentrio, omēsq; orbis
 partes in totam securitatē redactæ sunt, scriptorum inopia iam penè nescimus.

N 3 Occidit